Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

membra nostra arma iusticie Per. Gracias Item nota
hec subscripte oraciones dicuntur ad Cursus in
vigilys sanctorum in quibus est ieiunium et non
de sanctis agitur Item et quando Omilia lecta est
et de feria agitur sine omni et tunc ad vj et ad ix dicitur
Deus qui conspicis omni nos virtute desti-
tui interius exteriusque custodi ut ab omnibus
adversitatibus muniamur in corpore et a pra-
vis cogitacionibus mundemur in mente Per. Gracie
tue quesumus domine supplicibus tuis tribue largita-
tem ut mandata tua te operante sectantes conso-
lacionem presentis vite percipiant et future Per. Colla.
Adesto supplicacionibus nostris omnipotens deus et qui-
bus fiducia sperande pietatis indulges consuete
misericordie tribue benignus effectum Per. Coll.
Subveniat nobis quesumus domine misericor-
dia tua ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te
mereamur protegente eripi et te liberante salvari
Vox ecclesie clamantis ad aures tuas domine quesumus
tue pietatis ascendat ut percepta venia peccatorum te
fiat operante devota te protegente secura Per. Col.
Propiciare domine supplicacionibus nostris et animarum
nostrarum medere languoribus ut remissione percepta
in tua semper benediccione letentur Per. Conser-
va quesumus domine populum tuum et ab omnibus quas
meretur adversitatibus redde securum ut tranquil-
litate percepta devota tibi mente deserviat Per.
Guberna quesumus domine plebem tuam et tuis
semper beneficiis accumula ut et presentis vite
subsidiis gaudeat et eterne Per. Ecclesie tue quesumus
domine preces placatus admitte ut destructis
adversitatibus universis secura tibi deserviat
libertate Per. Dies nostros quesumus domine
placatus intende pariterque nos et a peccatis absolve
propicius et a cunctis eripe benignus adversis Per.
Da quesumus domine populo tuo salutem mentis
et corporis ut bonis operibus inherendo tua semper
mereatur virtute defendi Per. Protegat domine
quesumus dextera tua populum supplicantem ut pre-
sentem vitam sub tua gubernacione transcurrens